

inponenda nec persone ipsius ordinis aut dictus ordo ad solvendum aliqua predictae camere apostolice aut alteri eiusdem nomine de huiusmodi duobus annis pro procuracionibus, decimis aut aliis subsidiis compellatur, et si secus actum fuerit, id irritum sit et inane. Per hoc autem non intendimus ipsos a solutione censuum, si quos nobis aut *Romane* ecclesie solvere tenentur, liberare, sed ipsos census persolvi volumus in terminis consuetis. Quocirca discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus remissionem, voluntatem et ordinacionem nostras huiusmodi debite observantes personas dicti ordinis contra tenorem presencium nullatenus molestetis in hoc taliter vos habendo, quod de vexacione indebita nequeatis reprehendi, sed bone obediencie promptitudine merito commendari<sup>1)</sup> possitis. Datum *Rome* apud sanctum Petrum VI. Kal. Junij pontificatus nostri anno VI.<sup>2)</sup>

**Nachtrag zum I. Art. d. Heftes:**  
**Albers, Ein Beitrag zur Geschichte von S. Maximin  
in Trier.<sup>3)</sup>**

Bei Durchsicht des Codex Ottob. 2422. P. I. fanden sich nachstehende 4 Briefe des päpstlichen Legaten in Cöln an den Erzbischof von Trier bez. an den Abt von St. Maximin. Diese letzteren geben uns Aufschluss über die Dunkelheit, welche über den Acten des Cod. Ottob. 2421. P. I und II. bezüglich der Reformatio Monasterii S. Maximini schwebt und wir ersehen aus denselben, dass vom Erzbischofe von Trier die Anregung zu einer Visitation und Reformation des Klosters St. Maximin ausgegangen zu sein scheint. Den Erzbischof leitete vielleicht der stille Wunsch infolge dieser Visitation das Kloster seinem erzbischöflichen Stuhle unterworfen zu sehen, wenigstens gibt zu dieser Annahme der Brief des Legaten an den Erzbischof sub n. 3 Anlass, und wir sehen auch bald die Mönche von St. Maximin sowohl beim hl. Stuhle in Rom als beim Kaiser über gewaltsame Eingriffe des Erzbischofes in ihre Rechte Klage führen. Papst und Kaiser standen jezt noch für die Rechte des Klosters ein, das jedoch bald, wenn auch nach harter Gegenwehr, seinen fürstlichen Rang verlor und dem Erzbischofe von Trier als Landesherrn untergeordnet wurde. 1653 am 4. Juni wurde dieser Streit durch den kaiserlichen Gerichtshof<sup>4)</sup> zu Gunsten des bischöfl. Stuhles entschieden; der Abt von St. Maximin musste vom Erzbischofe von Trier als seinem Landesherrn die Re-

<sup>1)</sup> commendare.

<sup>2)</sup> Kaum mehr zu entziffern. Es ist entweder V oder VI zu lesen; wahrscheinlich letzteres.

<sup>3)</sup> Da uns dieser Nachtrag erst nach geschlossener Drucklegung der I. Abth. zukam, mussten wir denselben hierher verlegen. Die Red.

<sup>4)</sup> Hontheim hist. dipl. Trevir III, 686/87 und 752.

galien empfangen und war fernerhin der erste Landstand im Kurfürstenthum Trier. Es wird sich vielleicht ein anderesmal Gelegenheit bieten, den Kampf des Klosters St. Maximin für seine Reichsunmittelbarkeit gegen die Kurfürsten von Trier eingehender zu bearbeiten.

[Ottob. 2422 P. I fol. 283.\*] XV<sup>a</sup> Septembris. Electori Treverensi. Reddidit mihi literas Celsitudinis V<sup>ae</sup> Ill<sup>mae</sup> R. Pr. Cremerius, quibus etiam adjunctas et ad eam ab Ill<sup>mo</sup> Cardinali Burghesio scriptas simul accepi ac ex utrisque quae ad meam Treviros profectionem spectent facile cognovi. Verum cum Breve monasterii S. Maximini visitationem concernens, nondum ad me pervenerit nec unquam de eo mihi Roma quicquam scriptum fuerit, non video quo fructu hoc iter possim aggredi, uti eidem quoque patri significavi et ego sane semper existimavi Burgio id muneris fuisse demandatum, si tam Celsitudini V<sup>ae</sup> Ill<sup>mae</sup> videretur, ut ego munitus meis facultatibus ordinariis et specialibus literis ejusdem cardinalis debeam hoc onus suscipere paratissimus ero Celsitudini V<sup>ae</sup> Ill<sup>mae</sup> consilio et mandato obtemperare. Quod vero attinet ad ea, quae mihi Celsitudo V<sup>a</sup> Ill<sup>ma</sup> coram est communicatura, ejus omnino acquiesco voluntati. Deus eam diu conservet. Coloniae.

[fol. 283.\*] XX<sup>a</sup> Septembris. Abbati S. Maximini prope Treviros.

Jam pridem uti per alias meas literas P. V<sup>ae</sup> ac toti isti suo conventui innotuisse non dubito SS. D. N. Paulus V mihi mandavit, ut quam primum fieri possit me Treviros conferrem et Paternitati V<sup>ae</sup> Sanctitatis Suae nomini Apostolicam benedictionem impertiam ac in iis, quae pro bono regimine et administratione totius istius insignis et pervetusti monasterii necessaria et opportuna visa fuerint consilio et opera mea Paternitati V<sup>ae</sup> assisterem eamque in omnibus, quae a me proficisci poterunt prompte adjuvarem. Verum cum ob multiplices meas et frequentes occupationes semper fuerim valde impeditus, hinc factum est, ut ad hanc usque diem Sanctitatis Suae mandatis obtemperare nequiverim. Nunc vero cum negotiis meis non ita distinear, ut etiam non possim aliquid temporis insumere, quo Paternitati V<sup>ae</sup> totique isti conventui gratificor atque inserviam, statui omnino me perendie itineri dare, sperans me posse octo vel decem dierum spatio adverso flumine Treviris pervenire. Quamobrem muneris mei esse duxi ut Paternitati V<sup>ae</sup> de hoc meo consilio et deliberatione facerem certiolem: Poterit igitur Paternitas V<sup>a</sup> interim cogitare de omnibus, quae ei necessaria et opportuna visa fuerint, ut cum mihi in adventu omnia mea pernotuerint eo facilius me expedire queam. Interim Paternitas V<sup>a</sup> sibi certo persuadeat velim, me toto hoc in negotio nihil aliud prae oculis habiturum, quam pacem, concordiam, commodum et dignitatem totius conventus sperans me

vicissim rerum omnium humanitatem et oboedientiam experturum, uti et Paternitas V<sup>a</sup> et ejus religiosi meam paternam charitatem in omnibus experientur. Deus. P. V. diu . . . Coloniae.

[Cod. Ottob. 2422. P. I. fol. 285.<sup>r</sup>] XXIV. Octobris. Electori Treverensi: Etsi mihi constat Celsitudinem V<sup>am</sup> Ill<sup>mam</sup> ab aliis factam fuisse certiozem de his, quae hic acta sunt, tam ante quam post adventum huc praesidis consilii Luxemburgensis tamen muneris mei esse duxi praesertim cum Celsitudini V<sup>ae</sup> Ill<sup>mae</sup> literis XIV<sup>a</sup> scriptis respondere, nonnullis ei praeterea his meis communicare; ea autem duo potissima sunt: alterum quod idem praeses ne minima quidem significatione, nedum expressis verbis aliquam mentionem fecerit de mantenentia brachii saecularis nomine Ser<sup>mi</sup> Archiducis, uti Celsitudini V<sup>ae</sup>, sed per errorem, ut puto, scriptum fuisse eisdem suis literis ostendit; alterum, quod nec jurisdictioni nec regalibus Celsitudinis V<sup>ae</sup> toto tempore, quo hic commoratus est, ulla ex parte distractum fuisse velim tibi certo persuadeas, et si ipse id tentasset, ego equidem, quantum in me fuisset, numquam permissem. Quod vero attinet ad D. Suffraganeum, quem Celsitudo V<sup>a</sup> Ill<sup>ma</sup> cubiebat (!) interesse mecum electioni coadjutoris, id ego nequaquam recusavi, uti ipsemet mihi testis esse potest; semper enim illi dixi me paratissimum esse illum admittere, dummodo ipsi ita id expedire videretur. Verum et ipsemet et Pr. Cremerius et D. Locumtenens quoque hujus civitatis semper in contraria fuerunt sententia pluribus de causis, quas nunc praetermitto, cum non dubitem ab eis Celsitudini V<sup>ae</sup> Ill<sup>mae</sup> fuisse perscriptas. Restat nunc ut ad electionem coadjutoris procedatur, quod fiet die Jovis proxima futura XXIX hujus mensis, speroque eum fore eligendum, qui sit iis dotibus ornatus, quibus eum Celsitudo V<sup>a</sup> Ill<sup>ma</sup> suis literis ad me datis depinxit. Itaque confido eam de me optime contentum fore, uti ego in omnibus meae conscientiae meae satisfacere laetor. Deus Celsitudini V<sup>rae</sup> Ill<sup>mae</sup> omnia felicissima concedat, uti et ego mea humilia obsequia denuo ex animo defero. Datum Treveris.

[Cod. Ottob. 2422. P. I. fol. 285.<sup>v</sup>] XXIX<sup>a</sup> Octobris. Electori Treverensi. Ante paucos dies respondi Celsitudini V<sup>ae</sup> Ill<sup>mae</sup> XIV<sup>a</sup> literis hujus mensis datis ac inter caetera, quae ei significabam id unum erat me sperare eligendam brevi in coadjutorem Celsitudini V<sup>ae</sup> Ill<sup>mae</sup> personam gratam, scilicet modestia, humilitate, prudentia, pietate et aliis virtutibus ornatam; nunc vero id re ipsa successisse, cum electus fuerit R. Pr. Nicolaus Hontemius, hodie mane cum totius conventus laetitia et approbatione affirmare possum, uti pro certo affirmo Celsitudini V<sup>ae</sup> Ill<sup>mae</sup>, cui mea humillima obsequia denuo ex animo defero, eique a Deo omnia felicissima precor. Datum Treveris.